Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXIII. Notitia sacramentalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

hebat, & negligens erat. Interrogatum fuit ab ipſis viris ipſi, ſi ipſe ille colonus ipſius lui eſſe debebat aut non, & in præſenti ei dicere deberet. Et ipſe ille nullatenus potuit dicere nec adponere, nec vllam rationem tradere, per quam ipſe de ipſo colonatico ſe abſtrahere potuiſſet: & in præſenti pro colono ipſius lui ſe recredidit, vel recognouit. Sic ab ipſis viris fuit iudicatum, vt ipſe ille ipſum illum pro colono habere debeat. Et ſi iam dictus Comes ipſum illum per manus, partibus lui viſus eſt reddidiſſe. His præſentibus.

XXXIII. *NOTITIA SACRAmentalis.*

NOtitia qualiter & quib. præſentibus, veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in baſilica ſancti illius, vbi plurima ſacramenta percurrere videntur, ante vi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum magnificum illum, vel reliquos quamplures bonos homines, qui ſubterfirmauerunt, poſita manu ſua ſuper ſacroſanctum altare ſancti illius, ſic iuratus dixit: Hic iuro per hunc locum ſanctum, & Deum altiſſimum, & virtutem ſancti illius, vnde me homo ille in mallo publico mallabat, quod ego terram ſuam, aut ad coniugem ſuam illam, in pago illo, in loco qui dicitur ille, de eorum poteſtate per fortiam nunquam priſi, aut peruaſi, ſed de iſta parte triginta & vno anno ferè amplius ſemper exinde fui veſtitus, & poſt me diuiſi, & per legem, & iuſtitiam plus obtineat me habere, quàm ipſi lui, aut coniugi ſuæ reddere, & quod mihi iudicatum fuit in nullo me debere, niſi iſtud & vnicum ſacramentum, per hunc locum ſanctum, & Deum altiſſimum & virtutes ſancti illius. Inſequenter

vero poſt ipſum tres aloariæ & XII. conlaudantes iurauerunt, & de linguis eorum legibus dixerunt.

XXXIV. *NOTITIA DE HERbis maleficis.*

NOtitia qualiter & quib. præſentibus, veniens fœmina aliqua, nomine illa, in pago illo, in mallo publico, in baſilica ſancti illius, ante illos & illos, & alios quamplures bonos homines, qui ſubterfirmauerunt, poſita manu ſua ſuper ſacroſanctum altare ſancti illius, ſic iurata dixit: Hic iuro per hunc locum ſanctum, & Deum altiſſimum, & virtutes ſancti illius, vnde me ille ante virum magnificum illum, vel alios bonos homines mallauit, quod ego herbas maleficas temperaſſem, vel bibere ei dediſſem, per quod ipſe infirmaſſet, aut vitā ſuam perdere debuiſſet, ego herbas male-